



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.

DOCTORI THEOLOGO
DE ECCLESIA SINCERIORE IMMORTALITER
MERITO,

V I R O

*SYMME REVERENDO, MAGNIFICO,
CETERA*

**DN. CASPARI
LOESCHERO,**

SUPERINTENDENTI PER
CIRCVLVM ELECTORALEM SA-
XONIAE GENERALI, PROFESSORI P.
LITERARVM S. IN ACADEMIA VITEMBER-
GENSI, ET SENATVS ECCLESIASTICI, QVI IBIDEM
VIGET, ASSESSORI GRAVISSIMO CELE-
BRATISSIMOQVE,

PRAECEPTORI QVONDAM ET HOSPITI
ANTIQVA PIETATIS LEGE MAXIMOPERE
VENERANDO

SVPREMVVM OBSEQVENDI OFFICIVM

TENVI QVODAM EPIGRAMMATE
LITAVIT

D. CHRISTIANVS ERNESTVS MVSSIGK,
ECCLESIAE. BELZIGIENS. ANTISTES.

VITEMBERGAE, LITERIS CHRISTIANI SCHROEDERI, ACAD. TYP.
ANNO R. S. clb 1o C C XVIII.

TE volo,
Viator Theologe;
vel

Huius Theologiae amans quisquis es,
In diverticulum te tantisper patere avocari.

Figito pedem,
et mortem accipito nunciatam,
imo plangito

Immortalis Theologi meritis,
Quem *Lipsia* aluit,
Sondershusa suscepit,
Erfordia magni fecit,
Cygnæa amavit,
Vitemberga stupuit,

Totus vero orbis Lutheranus admiratus est;

Nestoris nostri Seculi,

quippe omnium facile Doctorum

nunc SENIORIS,

Superintendentum per Circulum Electoralem Saxoniae

GENERALIS,

CASPARIS LOESCHERI,

quem pronuper pia obiisse fata,
fando audivimus.

O iacturam, crede, incomparabilem
Ecclesiae, Academiae, Conventuum denique,
Quibus

praecipua autoritate aut praesuit, aut interfuit,
certe profuit:

Comparandum cum ullo superioris aetatis censes?
aut non?

Nempe

Svencofeldi dum horreo nomen,
nec *Peucerum* quempiam *Casparum* iuxta habueris,
Hunc enim cum suis sedulo vitandum esse, graviter monuit:

quid? quod

Exutos *Palladio* suo socios ipse coram stitit;

Nec *Sanctium*,

ut quo ipse multo sanctior probiorque fuit:

Hedionem, si voles, nomina, *πολύγυραρον*,

Potiori vero iure

Τακτικῶν Crucigerum, sidus Academiae Vitembergensis,
Lutheri parastatam, et, suffragante Granvellano,
Lutheranorum scribam, omnibus Pontificiis
doctiorem;

Nempe hos vel aequavit, vel post se reliquit
munerum amplitudine
et meritum.

LOESCHERVM nuncio, inquam,
Procul esto profane,
qui robor eras modo nominis
plus quam vanus,

Loescherum verum coetus Lutherani,
Qui fortis athleta

tum tela Satanae ignea depellere doctus
per panopliam Paulinam,

tum ignes alienos arcebat ab aris Domini,
utpote fatuos,

tum illata sacris et intentata incendia
tempestive extinguebat;

Extinctorem dicas bellorum,

quae puriori gregi ab hostibus ciebantur:

Hunc demum morte extinctum, publica atq; lugubris
fama est.

Heu! Theologorum coryphaeus

nullis unquam cedebat molestiis, curis, laboribus

nullis frangebatur, vigiliis, aerumnis,

per officiorum rationes, quae multa gerebat

prorsusque magnifica,

Sola nunc nece labefactatus;

Id unum moleste ferens in vita,

quod ante obitum a laboribus publicis

viribus magis prohiberetur,

quam cupiditate;

Nam

Octogenario maior,

quem superabat tribus annis,

perraro exemplo,

occubuit;



Funus pravis doctrinis non qui paravit modo, sed et fecit,
et iam tum, praeco sui funeris,
cecinit ut vates,
nunc ipse funus factus est.

Postremo

Regulas vitae qui praescripsit gravissimas et luculentas,
vitae limina excessit,

itaque

Finivit.

Noah alter

propterea haud immerito cognominandus,
quod tales reliquerit filios,
qui omnem orbem fama meritisque compleverunt;

Ideoque *Phoenix*

sine pari felix,

quod in natis ex se reviviscat,
quos ipse vivus ad fastigium honorum, omnium
ordinum atque dignitatum,
electos conspexit,

quosque

Regibus, Principibus, Ecclesiis, Academiis tandem
esse in deliciis, palam est.

Tu nunc,

Viator Theologe,

e diverticulo in viam;

Noscas perinde,

eos, qui ad immortalitatem virtutibus non minus, quam
annis,

sunt grassati,

a morte liberos non vivere;

Cursumque dirige ita,

ut tanti Doctoris vestigia sollicitius observes,
et ad *Theologiam*, quae patriae est,
atque beatas illas et nunquam desituras sedes,
pio provideque gressu,
pertingas

T A N D E M!

Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 117
W 118



DOCTORI THEOLOGO
DE ECCLESIA SINCERIORE IMMORTALITER
MERITO,

V I R O

*SVMME REVERENDO, MAGNIFICO,
CETERA*

DN. CASPARI
LOESCHERO,

SVPERINTENDENTI PER
CIRCVLVM ELECTORALEM SA-
XONIAE GENERALI, PROFESSORI P.
LITERARVM S. IN ACADEMIA VITEMBER-
GENSI, ET SENATVS ECCLESIASTICI, QVI IBIDEM
VIGET, ASSESSORI GRAVISSIMO CELE-
BRATISSIMOQVE,

PRAECEPTORI QVONDAM ET HOSPITI
ANTIQA PIETATIS LEGE MAXIMOPERE
VENERANDO

SVPREMVVM OBSEQVENDI OFFICIIVM

TENVI QVODAM EPIGRAMMATE
LITAVIT

D. CHRISTIANVS ERNESTVS MVSSIGK,
ECCLESIAE. BELZIGIENS. ANTISTES.

